

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De locis ac mirabilibus mundi, mit Register

[Nürnberg], 1486

Ca XXVIII

[urn:nbn:de:bsz:31-129620](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-129620)

nocte vt nō tangat. Iam vero in multis locis aque manant ppetim feruentes tanta vi vt balnea calefaciant. Quedam enim terre sunt q̄ multū sulphuris & alūinis habent. Itaq; cū p venas calentes aqua frigida venit vicino sulphuris calore cōtacta excādescit nec talis ab origine effluit: sed pmutat̄ dū venit: sulphur em̄ alumen qd̄ secū feruit aque vtranq; materiam igne plenā mirisq; motibus incalēcentem.

De oceano. CA. XXVII

Oceanum greci & latini ideo nominant & quod in circulo modo ambiat orbem: siue a celeritate: eo q̄ ocius currat. Item quia vt celū purpureo colore nitet: oceanus quasi cianeus. Iste est qui oras terrarū amplectit̄ alternisq; estibus accedit atq; recedit. Respirantibus em̄ in pfundum ventis aut remoueat maria aut resorbet: quicq; a proximis regionibus diuersa vocabula sumpsit: vt gallicus germanicus: sciticus: caspius: bircanus. atlanticus: gaditanus. Nam gaditanū fretum a gadibus dictum vbi primo ab oceano maris magni limen aperitur: vnde & hercules cū gadibus puenisset: columbas ibi posuit sperans illic eē orbis terrarū finē.

De mediterraneo mari. CA. XXVIII

Mare magnū est quod ab occasu ex oceano fluat: & in meridiē vergit: deinde ad septentrionē tēdit. Quod inde magnū appellat̄: quia cetera maria in compatione eius minora sunt. Istud est & mediterraneū: quia p̄ mediam terram vsq; ad orientē pfundit̄. Europam & affricam asiamq; determinās: cuius prime partis sinus qui ī hispaniis pfundit̄: hibericus & balearicus appellatur. Deinde gallicus qui narbouensem puinciā alluit. Mox ligusticus qui iuxta genuam urbem ē proximus. Post hoc tyrenus q̄ ytaliam attingit: quem greci ionius ytaliam inferum vocant: deinde siculus q̄ a sicilia vsq; ad cretam vadit: deinde creticus qui in pamphiliam & egyptū ptendit. Inde ellepsontus q̄ in septentrionē retorquens am fractibus magnis iuxta grecias & illiricū in angustias septem stadiorū stringit̄ quo xerxes ponte nauibus facto comueit: ibi est albidus. Inde diffusus ab equore patente rursus stringit̄: & facit ppontidem qui mox in quingentos passus coartat̄: sitq; bosphorus tracijs qui clarius copias trāsportauit. Inde ponticus sinus amplissim⁹ a tergo meotidis paludis qd̄ mare ex multitudine fluminū dulcius q̄ cetera nebulosumq; & breuius est: vñ & ponticum vocatū q̄ sit breuius atq; preter focas & timnos atq; delmos: alias beluas maiores nō patit̄. Sicut aut̄ terra dum vna sit p̄ diuersis locis variis appellat̄ vocabulis: ita & p̄ regionibus hoc mare magnū diuersis noibus nūcupat̄. Nam hibericū & aliaticū a puinciis dictā ab insulis balearicum siculū: creticum: cipriū: egeum: carpatū: Nā inter tenedū & atium saxum est in mari portus q̄ in insula quod videntibus pcul capre simile credit̄: quā egea nūcupat̄ vñ & egeū mare est dictum: sic & carpatū mare inter egyptum & rhodū

ab insula carpatū illic posita. A gentibus gallicum aufonium: dalmaticum: libiusticū: Ab oppidis argolicum: corinthiū: tiriū: adriaticū. Nam adria que dam ciuitas illirico mari proxima fuit que adriatico mari nomen dedit. A positione celi: vt superum & inferum: qd̄ sit oriens superior: occidens inferior. Est aut̄ tuscum & adriaticū. A memoria regis vt ionium: Io quippe rex fuit grece: vñ iones atbenienses Hoc mare & tyrenū dictū: siue qd̄ tusciam alluit. i. tirrenum: siue a tirrenis nauitis qui se in hoc mare precipitauerunt. Et sciēdū ioniū sinū esse immensum a ionia vsq; ad siciliā: & hui⁹ ptes esse adriaticū achaium & epiroticū. A moribus accolarum alibi euxinus ascenus antea appellatus est. A casibus hoim qui ceciderūt in mari vt ellepsontum: bircanū mirteum. Nam mirteum mare dictum a mirtili lapsu qd̄ illic ab enomao precipitatus sit. Hircanus vero cretē sis vt fabule ferunt: altiora petens: pennis solis calore solutis mari in quo cecidit nomen imposuit. Frixus quoq; cū elle sorore sua fugiens insidias nouercales cōscendit nauē signū arietis habentē qua liberatus est. Elles aut̄ foror eius p̄pessa naufragiū decedit in mari & mortua: ellepsonto mari dedit nomē. Ab ordine fluenti ppontidis: nā dictū ppontium: quia pontū preuenit. Idē & a transitu vel angustis meatibus boum bosfor⁹. Egyptius aut̄ pelag⁹ asie dat̄: gallic⁹ europe affricus libie. His vt queq; proxima sunt venerūt in ptes. Pelagus autē est latitudo maris sine littore & portu greco noie a potu plagia hoc est a latitudine dictū: vñ & plagia eo q̄ sint importuosa.

De sinibus maris. CA. XXIX

Inus dicunt̄ maiores recessus maris vt in mari magno ionius: in oceano caspius: indicus: persicus: arabicus: q̄ & mare rubrū: qui oceano ascribit̄. Rubrū aut̄ mare vocatum eo q̄ sit roseis vndis infectū: nō tñ talē naturā habet q̄ lem videt̄ ostendere: sed vicinis littoribus viciatur gurges atq; inficit̄. quia ois terra q̄ circumstat pelago rubra est & sanguineo colori proxima: ideoq; in deminiū acutissimū excerpt̄: & alii colores quib⁹ pictura variat̄. Ergo cū terra hanc habeat naturā fluctibus subinde diluit̄: & quicq; ad hunc est in colorem cadit: ob hoc etiā in his littoribus gemme rubre inueniunt̄: lapillus em̄ huiusmodi humo inuolutus cū inter arenas attritus est & terre colore habet & maris. Hoc mare in duos scindit̄ sinus. Ex his qui ab oriente est persicus appellat̄: quia ora illi⁹ p̄se inhabitant. Alter vero arabicus dicit̄ q̄ sit circa arabiam.

De estibus & fretis. CA. XXX

Stus ad oceanum p̄tinet: fretum ad vtrūq; mare: nā estus est maris accessus vel recessus. i. inquietudo: vnde & estuaria p̄ que mare vicissim tā accedit q̄ recedit. Fretū autē appellatū q̄ ibi semp mare ferueat. Nā fretū est angulū & quasi feruens mare ab vndarū feruore no-